

ciare licet, res intellectuales priùs & faci-
lius cognosci corporeis.

4. *Et rectè Grammatici Græci & Latini à tempore præfente conjugationes inchoant. Sive id propter dictam rationem faciant, sive quia præfens potiùs curatur & considera- tur quàm præteritum aut futurum. Unde illa: tu præfens cura, domino comitte fu- tura; gaudemus præfentibus &c.*

5. *Et æternitatem concipientes ut nunc stans, sive, ut semper præfens confirmant the- sin nostram tertiam, quoniam æternitas fuit ante tempus, hoc est, ante præteritum & futurum.*

6. *Ad hæc, fuit aliquid futurum, ante- quam quicquam esset præteritum.* Sic bene fit, quòd in formatione temporum apud Græcos futura præcedunt, sequuntur præ- terita. Et miror Grammaticos, cùm hanc temporum formationem ipsi doceant, juventuti priùs verba in tempore præteri- to, quàm futuro, ediscenda proponere.

7. *Obtendat quis superioribus, præfens non esse tempus. Resp. largiùs & popula- riter magis loquendo potest sumi pro tempore, & si cum aliqua extensione in- telligatur. Hac tamen responsione vix opus*